

21. *Matth.* 18. 3. 4. 5. & excluso contra  
 dominatu ac superbiâ , *Matth.* 20. 25.  
 & s.

4. *An sit utile etiam Patriarcharum porro  
 esse unum quasi Monarcham , vel episco-  
 pum universalem? N. ob proclivitatem  
 nimiam ad dominatum ; etsi initio  
 absit dominatus. Nisi fortè & or-  
 dinis tantùm primatus cautè ac diligè-  
 ter custodiatur, & per vices seu amo-  
 bulatoriè ab alio atque alio exercea-  
 tur , ad conservandum ordinem ac-  
 tionum: salvo rursus officio humilita-  
 tis & subjectionis dicto, ut si aperte ni-  
 mis cessent primi, in officio convo-  
 candi, proponendi, consulendi, cõ-  
 cludendi, denunciandi; monere eos  
 fas sit etiam posterioribus. Et si et-  
 iam satis moniti cessent: fas sit ex cõ-  
 sensu aliquorum certius piorum, fa-  
 cere, quod priores, præter officium,  
 cessant facere, *1. Cor.* 14. 40.*

I

DISP.